

## El monedatge d'Artà de l'any 1337

ANTONI GILI I FERRER

### Introducció

El document publicat fou localitzat a l'Arxiu del Regne de Mallorca dins la secció de l'Audiència a la sèrie d'Apel·lacions i du la referència ARM-AA-7 (1340) i va des del foli 26 al 46. Encara que el llibre porta la data de 1340, la documentació es refereix a 1337. El document és prou interessant per a conèixer la història d'Artà a la primera meitat del segle XIV. El cobrament del monedatge o *cabeçatge* de la parròquia d'Artà de l'any 1337 és la cobrança del monedatge més antic que es coneix referit a Artà, i un dels més antics en referència a tota Mallorca.

Què era el monedatge? Aprofitant la introducció de Joan Miralles i Monserrat aportam aquí la història del monedatge: *Segons Eulàlia Duran, (Gran Enciclopèdia Catalana, s.v. monedatge), en principi el monedatge és un impost periòdic establert ja al segle XIII en diferents regnes hispànics per tal d'evitar que el rei fes ús de la seva regalia fent encunyar moneda rebaixada de llei però mantenint-ne el valor nominal. A la Corona d'Aragó l'introduí el rei Pere I: L'impost requeria sobre tots els béns mobles i immobles a raó de 12 diners per lliura, tenia caràcter general i no n'estaven exempts ni la noblesa ni l'Església ni els ordes militars. Als regnes de València i de Mallorca fou instituït a les Corts de València del 1266, però de manera efectiva a Mallorca no fou establert fins el 1300 per Jaume II de Mallorca. El monedatge del morabetí és un impost que es pagava cada set anys, de vuit sous de moneda del Regne de Mallorca que s'havia de fer efectiu a la procuració reial pels veïns que tenien un patrimoni de deu lliures o més, en moneda de Mallorca. Estaven exempts de pagar-lo els veïns que, sota el corresponent jurament i amb el testimoni de dos veïns, acreditaven no tenir béns o posseir un patrimoni inferior a deu lliures. No pagaven, en definitiva, els cavallers o hòmens de paratge, els preveres, els menors d'edat, els esclaus no manumissos o els veïns que tenien una residència a la vila inferior a deu anys. També, l'absència del veï o el desconeixement de la seva residència, així com la separació matrimonial o el fet d'haver pagat a una altra banda apareixen com a justificació per a no fer efectiu el monedatge.*<sup>1</sup>

El monedatge d'Artà de l'any 1337 ens donarà a conèixer aspectes demogràfics, toponímics, antroponímics, econòmics i, fins i tot, urbanístiques.

La recaptació fou portada per Jaume Martí, batle reial, elegit pels Procuradors Reials, junt amb Mateu des Puig, persones notables de l'Artà d'aquell temps. Tot habitant d'Artà que tenia més de deu lliures amb l'edat apta per a pagar, contribuirà amb un morabetí a favor del monedatge del senyor rei. Però en la cobrança del morabetí d'Artà succeïren algunes anormalitats. Jaume Martí fou denunciat per frau i engany, per la deixadesa d'escriure en el compte tants de morabetins quants en rebé i per la seva retenció en poder seu dels morabetins rebuts i no escrits.

---

<sup>1</sup> Joan MIRALLES I MONSERRAT: *Corpus d'Antropònims mallorquins del segle XIV*. Institut d'Estudis Catalans. Barcelona. 1997, 17-18)

A la causa hi declaren 75 persones: 51 homes i 24 dones. Entre ells, dos esclaus francs i lliures i dues esclaves franques i lliures. Però en les declaracions, a més dels testimonis, hi surten altres persones. Hi entervé el Procurador Fiscal, Bernat Espanyol, però Jaume Martí fou absolt, amb sentència publicada, dia 30 d'octubre de 1340.

El document cita la nova plaça de l'Almudaina d'Artà, prova evident del desplegament urbanístic, impulsat pel Rei Jaume II de Mallorca, a principi del segle XIV, que complementa les dades ja conegudes de l'obra de la torre de la pobla d'Artà, anys 1307-1308, i de l'existència, l'any 1359, de les quarterades assignades als pobladors de l'Almudaina d'Artà.

### Nòmina dels declarants i testimonis

Aguilar, Francesc	Colomers des, Esteve	Organyà de, Pere. Coloma, esposa de
Alaix, fill de n'	Comte?, Pere. Coloma, esposa de	Organyà, Salvat
Alou, Pere	Costa, Joan, grec lliure	Oromir, Ramon, notari
Andreu, franc	Crespi, Ponç	Pallares, Pere. Marió, esposa de
Aragonès, Sanxo	Esparaguera, Bernat	Paratge, Berenguer
Armengol, Pere. Romia, vídua de	Esparaguera, Pere	Pineda, Francesc
Asbertí, Jaume	Esquer, Bartomeu	Planes, Miquel
Asbertí, Pere. Bartomeva, vídua de	Esquer de, Guillem	Puig, Arnau
Augeller, Martí	Estern, Berenguer	Puig des, Mateu
Auger, Bernat. Jaumeta, vídua de	Esteve, Mateu	Puig des, Simó
Avit del, Ramon, saig	Ferrer de Benialgorfa, Bartomeu	Rabassa, Bartomeu
Bages, Francesc	Ferrer, Jaume. Elisenda, vídua de	Raygués, Jaume
Bell-lloc, Jaume	Floriana, Doménec	Riera, Pere
Bellot, Bernat	Fontanes de, Pere	Romeu, Pere
Bellveí, Pere	Forn, Arnau	Sala, Doménec
Blanquer, Guillem	Forn, Arnau. Ramona, esposa de	Sant Celoni, Guillem
Blanquer, Joana	Forn, Guillem. Elisenda, esposa de	Sanxo, Jaume
Blanquer, Matevó	Giscàfrè, Bartomeu, Bartomeva, vídua de	Serra, Bernat, saig
Blanquer, Miquel	Janer, Jaume. Guillema, esposa de	Tallada, Guillem
Blanquer, Pere	Jordà, Bernat	Tallada, Mateu
Blanquer, Pere. Mateva, vídua de	Jordi, grec. Iselda, vídua de	Tomàs, Bartomeu
Bonet, Guillem. Elisenda, esposa de	Llobet, Guillem. Jaumeta, esposa de	Torrella, Francesc. Guillerma, esposa de
Borràs, Bartomeu, Elisenda, vídua de	Llúcia, grega franca	Torroja, Berenguer
Boscà, Antoni	Martí, Bernat. Asseno, vídua de	Uguet Guillem. Marió, esposa de
Boscà, Bernat, fill de Bartomeu, difunt	Martí, Jaume	Uguet, Pere
Boscà, Miquel	Mestre, Guillem	Valluter, Martí. Sibflia, esposa de
Brunet, Pere	Montargull, Guerau. Caterina, esposa de	Ventallol, Pere
Cabot, Guillem. Saura vídua de	Moranta, Bernat	Vidal, Guillem
Canet, Macià. Bartomeva, esposa de	Morei, Antoni	Vila, Jaume. Blanca, vídua de
Carrió, Jaume	Morei, Bartomeu	Vilalta, Pere
Castell, Bernat. Serena?, vídua de	Morei, Pere	Virgili, Pere
Colomers des, Alamany. Saura, esposa de		

## TRANSCRIPCIÓ

Contra Jacobum Martini Bajulum de Artano.

Quarto idus aprilis anno Domini M° CCC XL.

Cum fuerit denunciatum honorabili provido et discreto viro Hugoni de Tacione militi Consiliario Regio ac Vices gerenti Locum tenentis Maiorice quod cum Jacobus Martini una cum Matheo de Podio, habitatores parrochie de Artano anno domini M° CCC XXX sexto deputatus et electus esset per procuratores dicti domini Regis ad levandum et colligendum monedagium seu cabessagium in dicto loco dicto anno impositum et ordinatum videlicet quod quilibet habitans in dicto loco et eius parrochia habens in bonis valentibus ultra decem libras dummodo esset etatis apte ad prestandum solveret unum morebetinum pro monedagio seu cabessagio domino Regi predicto. Idem Jacobus Martini per fraudem et dolum non v(er)itus divinum et humanum iudicium omisit in compoto inde dato et ordinato scribere tantos morebetinos quantos inde habuit et recepit dictos morebetinos per eum habitos et receptos et in dicto compoto non scriptos sibi retinendo et occupando et pecuniam dicti domini Regis intercipiendo et in usus suos proprios convertendo, grave crimen preclarum committendo, et aliter graviter delinquendo. Unde cum dictus Jacobus Martini superdictus et aliter graviter delinqueret, et talia vel similia perniciose exemplo non debeant conniventibus oculis pertransire et per consequens impunitè remanere. Protanto Bernardus Stanyoli procurator fiscalis petit de predictis inquiri per dictum dominum Vices Gerentem et capta v(er)ita(t)e dictum Jacobum Martini taliter puniri et castigari quod ceteris talia ve) similia attestantibus sit exemplum.

Contra Jacobum Martini Bajulum de Artano.

III° idus aprilis anno Domini M° CCC XXXX.

Petrus Vilalta habitator ville de Artano testis juratus et interrogatus si iste solvit cabessagium tempore quo Jacobus Martini ipsum levavit et dixit quod sic. Interrogatus cui solvit ipsum et dixit quod dicto Jacobo vel socio ipsius non eum recordatur cui ipsorum Et interrogatus quantum solvit et dixit quod non recordatur. Super solvit totum quantum debebat racione ipsa. Interrogatus quis erat socius dicti Jacobi Martini in dicto cabessagio et dixit quod Matheus de Podio.

Petrus Riera habitator ville de Artano testis juratus et interrogatus si iste solvit cabessagium tempore quo Jacobus Martini ipsum levavit et dixit quod sic. Interrogatus cui solvit ipsum et dixit quod dicto Jacobo in hunc videlicet modum quod iste anno illo debebat aziam vini dicti loci et dictus Jacobus debebat aliquam pecunie quantitatem ipsi pro dicta azia, sic que dictus Jacobus retinuit sibi ipsi pro dicto cabessagio de dicta azia per ipsum ipsi debita VIII solidos et aliud non dixit.

Petrus Alou habitator ville de Artano juramento interrogatus dixit quod iste solvit VIII solidos pro cabessagio anno quo dictus Jacobus Martini ipsum levavit. Super non recordatur cui solvit ipsum.

Raymunda uxor Arnaldi Forn q° jurata et interrogata dixit quod ipsa solvit cabessagium pro ipsa et III° filiis et filiabus istius Jacobo Martini. Super dictus Jacobus fecit isti gratiam quod non solvit canon quantum ipsi pertinebat (non recordatur isti quantum solvit.

Dominicus Floriana habitator parrochie de Artano juramento interrogatus si iste pro herede Bertholomei Squerii solvit cabessagium anno illo quo Jacobus Mertini illum levabat et dixit quod anno illo iste non erat curator dicte heredis et per computam illius qui tunc erat curator iste recipit quod non solvit cabessagium anno illo. Interrogatus si bona dicte heredis valebant tunc ultra decem libras et dixit quod sic.

Bernardus Jordani habitator ville de Artano juramento interrogatus dixit quod iste solvit cabessagium Jacobo Mertini met scilicet VIII solidos dicto anno quo idem Jacobus illum levabat.

Berengarius Estern habitator parrochie de Artano dixit pro juramento quod iste non solvit cabessagium dicto anno quia non habebat tunc nec uxor bona valencia X libras.

Saura uxor Guil·lelmi Cabot q° nunc autem uxor Alamanni des Colombers juramento interrogata si ista solvit cabessagium Jacobo Mertini tempore quo ipsum levabat, dixit quod sic pro ista met quod tunc erat vidua. Super non recordatur si solvit pro quadam filia sua. Interrogata si dicta filia istius habebat bona valencia X libras et dixit quod sic.

- Interrogata cui solvit dictum cabessagium et dixit quod Bernardo Serra sagioni qui istam volebat pignorare. Super non recordatur ista quantum solvit isti et aliud non dixit.
- Ffranciscus Aguilar habitator ville de Artano testis juratus et interrogatus super predictis et dixit quod iste solvit Jacobo Mertini tunc collectori cabessagii in dicto loco videlicet pro istomet VIII solidos et pro domina Elicsende socrus ipsius uxoris Jacobi Ferrarii q<sup>o</sup> alios VIII solidos videlicet in tabulam Petri Romei.
- Caterina uxor Geraldi Montarguyl juramento interrogata dixit quod solvit cabessagium dicto anno. Super non recordatur quantum solvit nec cui.
- Arnaldus Puig habitator ville de Artano juramento interrogatus dixit quod iste anno quo Jacobus Mertini levabat cabessagium non erat iste curator Mathei Stephani et sic nescit si solvit. Super bona ipsius valebant anno illo bene C libras et plus.
- Elicsendis uxor Guilelmi Boneti q<sup>o</sup> juramento interrogata dixit quod solvit Jacobo Mertini cabessagium. Super nescit quantum cum non recordatur. Super fecit isti gratiam pro ista et filiis suis tunc pupillis cum essent pauperes.
- Matheus Tayada habitator de Artano juramento interrogatus dixit quod iste curaverat quamdam filiam et quamdam burdam dicti Jacobi Mertini de aliquo morbo quem paciebantur. Super est verum quod fuit firmatum quod esset iste franchus a prestacione dicti cabessagii et quod ipse nihil dare isti de dicta causa.
- Guil-lelma uxor Jacobi Janerii juramento interrogata dixit quod solvit Jacobo Mertini VIII solidos pro cabessagio filii ... istius non habebant bona valencia X libras cum ... istius esset unius anni.
- Ffranciscus Bages sartor juramento interrogatus dixit quod non solvit cabessagium nec habebat bona valencia X libras nec V solidos ...
- Mario uxor Guil-lelmi Ugueti q<sup>o</sup> dixit per juramentum quod solvit VIII solidos. Super filii istius nichil habebant. Interrogatus cui solvit ipsos et dixit quod non recordatur.
- Bernardus Serra Sagio de Artano interrogatus per juramentum dixit quod non solvit dicto anno cabessagium cum non haberet bona valencia X libras.
- Mertinus Augeller juramento interrogatus dixit quod non recordatur si solvit dicto anno cabessagium, actum ut dixit non haberet bona valencia X libras nec III solidos.
- Jacobus Asberti juramento interrogatus dixit quod solvit cabessagium dicto anno. Super non recordatur cui. Super solvit VIII solidos.
- Mario uxor Petri Payaressi q<sup>o</sup> dixit juramento interrogata quod dicto anno solvit tres morebetinos unum pro ista et duos pro duobus filiis suis quos en Borguny gener istius solvit ut decebat nomine ipsius Jacobo Mertini.
- Guil-lelmus Magistri habitator de Artano juramento interrogatus dixit quod solvit VIII solidos pro cabessagio dicto anno ... nec cui.
- Elicsendis uxor Guil-lermi Forn q<sup>o</sup> juramento interrogata dixit quod solvit VIII solidos Jacobo Mertini pro cabessagio dicto anno.
- Columba uxor Petri de Organyano q<sup>o</sup> juramento interrogata dixit quod solvit cabessagium dicto anno Jacobo Mertini. Super nescit quantum. Interrogata si solvit pro filiis istius et dixit quod non recordatur. Interrogata si habebat bona valencia X libras et dixit quod sic et plus.
- Columba uxor Petri Comte? q<sup>o</sup> interrogata dixit quod solvit dicto anno cabessagium. Super non recordatur cui et ... isti quod solvisti VIII solidos.
- Sibilia uxor Martini Valluter dixit quod solvit dicto anno dictus vir istius ut dicebat VIII solidos nescit nec cui solvit.
- Michael Blanquerii de parrochia de Artano juramento interrogatus dixit quod solvit dicto anno cabessagium scilicet VIII solidos in hunc videlicet modum quod Matheus d Podio qui socius erat in dicto cabessagio Jacobi Mertini debebat isti denarios et dixit pro isto dictos VIII solidos dicto Jacobo Mertini ut iste III<sup>o</sup> et aliud non dixit.
- Lucia grecha francha juramento interrogata dixit quod ista solvit dicto anno Jacobo Mertini pro cabessagio VIII solidos.
- Elicsendis uxor q<sup>o</sup> Bertolomei Borrás juramento interrogata dixit quod non solvit dicto anno cabessagium cum non haberet bona valencia x libras nec L solidos nisi quod habebat dotem suam super quadam pecia terre filiarum istius d quo habuit postea VI libras.
- Raymundus Oromirii notarius habitator dicti loci de Artano juramento interrogatus dixit quod anno illo iste non solvit aliquid pro dicto cabessagio hac de causa quia iste dixit dicto Jacobo Mertini quod cum non valebant bona ipsius X libras. Super est verum quod iste non fecit juramentum d eisdem.

- Jacmeta uxor q<sup>o</sup> Bernardi Augerii nunc autem uxor Guil.lelmi Luppeti testis jurata et interrogata super predictis dixit quod solvit VIII solidos pro cabessagio ...nec cui.
- Jacobus Mertini bajulus de Artano juramento interrogatus dixit quod est verum quod dicto anno quo iste levabat dictum cabessagium iste scripsit se in quinterio. Super non recordatur si iste solvit dictum cabessagium est enim verum quod procuratores Regii habent de compoto dicti cabessagii isti respondere adhuc XV solidos d quibus si ... dictum cabessagium non est solutum intendit quod deducatur dictum cabessagium istius.
- Raymundus del Avit sagio de Artano juramento interrogatus dixit quod dicto anno non solvit cabessagium eo quia non habebat bona valencia X libras.
- Michael Planes habitator ville de Artano juramento interrogatus dixit quod iste non solvit cabessagium quia non habebat bona valencia X libras.
- Bertholomea uxor q<sup>o</sup> Bertholomei Giscafreni juramento interrogata dixit quod solvit VIII solidos dicto anno pro cabessagio quos Guil.lelmus Blanquerii solvit pro ista Jacobo Mertini ut dixit.
- (As)seno uxor q<sup>o</sup> Bernardi Mertini juramento interrogata dixit quod solvit Jacobo Mertini VIII solidos dicto anno pro cabessagio.
- Bertholomea uxor q<sup>o</sup> Petri Asberti juramento interrogata dixit quod solvit dictum cabessagium. Super nescit cui nec quantum.
- Bertholomeus Morey de parrochia de Artano dixit juramento interrogatus quod iste solvit quinque morabetinos unum pro isto et alium pro matre huius et duos pro duobus filiis Petri Morey et unum pro Antonio Morey ... huius alium morabetinum que omnia solvit Jacobo Mertini.
- Petrus Ugueti habitator parrochie de Artano juramento interrogatus dixit quod solvit monedagium seu cabessagium eodem? Jacobo Mertini. Super non recordatur quantum solvit ipsi.
- Matheus de Podio habitator ville de Artano juramento interrogatus dixit quod iste non solvit dicto anno cabessagium videlicet anno illo quo iste et Jacobus Mertini levabant ipsum.
- III<sup>o</sup> idus aprilis anno predicto
- Bernardus Sparaguera de parrochia de Artano juramento interrogatus dixit quod non solvit dicto anno cabessagium quia non habebat bona valencia X libras.
- Bernardus Moranta de parrochia de Artano juramento interrogatus dixit quod solvit dicto anno VIII solidos pro cabessagio. Super non recordatur si illos solvit Jacobo Mertini vel Matheo d Podio ejus socio in dicto cabessagio.
- Romia uxor q<sup>o</sup> Petri Armengolli juramento interrogata dixit quod solvit cabessagium dicto anno. Super non recordatur cui solvit ipsum nec recordatur si duo filii huius pupilli habebat bona valencia X libras.
- Ffranciscus Pineda de Artano juramento interrogatus dixit quod non solvit dicto anno aliquid pro cabessagio quia tunc non habebat bona valencia X libras nec vix aliquid.
- Petrus Virgili de Artano juramento interrogatus dixit quod non solvit cabessagium dicto anno quare iste non morabatur in Artano immo morabatur in Villa Inche.
- Simon de Podio de Artano juramento interrogatus dixit quod solvit dicto anno cabessagium dicto Jacobo Mertini met scilicet VIII solidos.
- Johannes Costa grecus liber juramento interrogatus dixit quod solvit cabessagium scilicet VIII solidos Bernardo Serra sagioni qui istum pignorabat.
- Andreas ffranchus de Artano juramento interrogatus dixit quod solvit dicto anno VIII solidos pro cabessagio scilicet VIII solidos Bernardo Serra Sagioni qui istum volebat pignorare pro eisdem.
- Gulielmus Tayada de Artano juramento interrogatus dixit quod solvit dicto anno VIII solidos racione cabessagii pro patre et VIII solidos pro istomet d quibus iste solvit Jacobo Mertini VIII solidos et alios VIII Benardo Serra Sagioni.
- Bernardus Bellot de Artano juramento interrogatus dixit quod solvit dicto anno VIII solidos pro cabessagio scilicet cuidam sagioni d quo non recordatur qui ipsum volebat pignorare pro eodem.
- Gulielmus Vitalis de Artano juramento interrogatus dixit quod solvit VIII solidos pro cabessagio Bernardo Serra Sagioni qui iastum pignoraverat.
- Bernardus Boschani filius q<sup>o</sup> Bertholomei Boschani juramento interrogatus dixit quod solvit III morabetinos dicto anno Jacobo Mertini met scilicet VIII pro isto alium pro matre huius et alium pro quadam sorore istius et aliud non dixit.

- Bertholomeus Thome habitator de Artano juramento interrogatus dixit quod non recordatur si solvit dictum cabessagium nec quantum nec cui. Super credo quod solvit illum eo quia habebat bona valencia L libras et plus.
- Serena? uxor q<sup>o</sup> Bernardi Castelli juramento interrogata dixit quod non solvit cabessagium quia non habebat bona valencia X libras nec ista tunc juravit.
- Petrus Bellvehi habitator de Artano juramento interrogatus dixit quod Petrus Blanquerii del Cap dla Pera debebat isti VIII solidos quos dixit Jacobo Mertini pro eo quod iste debebat pro cabessagio.
- Poncus Crespini habitator castri del Cap de la Pera juramento interrogatus dixit quod solvit dicto anno VIII solidos pro cabessagio super non recordatur cui solvit eos et aliud non dixit.
- Jacobus Raygues habitator castri del Cap de la Pera juramento interrogatus dixit quod solvit dicto anno VIII solidos pro cabessagio quos solvit Jacobo Mertini met et aliud non dixit et causa dixit quod quidam filiaster istius filius den Alaix solvit similiter VIII solidos ut decebat pro dicto cabessagio. Super dixit cui et dixit et interrogatus quod alius filius den alaix non habebat bona valencia X libras.
- Petrus Bruneti de Artano juramento interrogatus dixit quod iste fecit solvi per Jacobum Carrioni Jacobo Mertini duos morabetinos pro cabessagio unum videlicet pro isto et alium pro quadam sorore huius.
- Bertholomeus Rabassa habitator castri Capitis Petre juramento interrogatus dixit quod non recordatur si solvit ad dictum cabessagium. Super credo quod non quia non habebat anno illo bona valencia XX solidos.
- Berengarius Paratge habitator castri Capitis Petre juramento interrogatus dixit quod non solvit cabessagium dicto anno quia non habebat tunc nec adhuc habet bona valencia X libras nec ... X solidos.
- Bertholomea uxor Maciani Caneti juramento interrogata dixit quod ista solvit cabessagium dicto anno videlicet VIII solidos quos solvit Alamanno d Columbariis tunc bajulo dicti loci in hunc videlicet modum quod in posse curie dicti loci erat X solidos istius de quibus dictus bajulus retinuit sibi ipsi racione dicti monedagii seu cabessagii dictos VIII solidos et aliud non dixit.
- Blancha uxor quondam Jacobi Vila juramento interrogata dixit quod solvit dictum cabessagium dicto anno scilicet VIII solidos videlicet Jacobo Mertini vel Matheo de Podio non eum recordatur cui ipsorum.
- Petrus Sparaguera habitator parrochie de Artano juramento interrogatus dixit quod solvit cabessagium dicto anno Jacobo Mertini met. Super non recordatur quantum solvit ipsi et aliud non dixit.
- Michael Boschani habitator parrochie de Artano juramento interrogatus dixit quod solvit Jacobo Mertini seu Matheo d Podio ut isti videtur solvit eidem Jacobo Mertini tres morabatinos unum videlicet pro isto et duos pro duobus fratribus suis.
- Sanxius Aragones de prochia d Artano juramento interrogatus si iste solvit cabessagium pro herede Jacobi Sanxo tempore quo Jacobus Mertini illum levabat et dixit se non recordari totum id quod sibi fuit petatum per levatores solvit eis.
- Guil-lelma uxor quondam Ffrancisci Torreya juramento interrogatus dixit quod non solvit dicto anno cabessagium quia non habebat bona valencia X libras nec X solidos.
- Tercio idus aprilis anno domini predicto.
- Petrus Ventayolli juramento interrogatus si ipse tempore quo Jacobus Mertini levavit cabessagium in parrochia de Artano satisfecerat pro ipso cabessagio et dixit verum eo quos ipse solvit dicto Jacobo Martini numerando pro dicto cabessagio octo solidos Regalium Maiorice.
- Gul-lielmus de Sancto Celedonio testis juratus et interrogatus si solvit cabessagium tempore quo Jacobus Martini congregabat ipsum cabessagium in prochia d Artano et dixit verum fore quod in platea nova Almudayne de Artano tradidit numerando dicto Jacobo Martini pro dicto cabessagio septem solidos tunc.
- Petrus de Fontanies testis juratus et interrogatus si solvit cabessagium tempore quo ipse Jacobus Martini congregaverat in parrochia de Artano et dixit verum eo quod ipse fuit instante Jacobo Martini predicto pro ipso cabessagio pignorus videlicet unam canam panni virmilii et ipse pannus venditus precio VIII solidorum V denariorum quod precium sibi retinuit Jacobus Martini predictus in solutum cabessagii memorati quod ipsemet ipsum de manu procuratoris emit precio antedicto.

- Mathevonus Blanquerii juramento interrogatus dixit quod ipse solvit dicto anno cabessagium predicto Jacobo Martini pro Johanna sorore huius. Super non recordatur quantum solvit exinde ... solvit ipsi totum quantum isti fuit exinde petitum.
- Bertholomeus Fferrarii de Benialgorfa juramento interrogatus dixit quod non solvit cabessagium dicto anno nec fuit isti petitum p aliquem.
- Dominicus Sale juramento interrogatus se tempore quo prefatus Jacobus Marti levavit cabessagium in prochia d Artano ipse solvit cabessagium et dixit verum eo quod solvit VIII solidos ipsi Jacobo Marti numerando in platea nova Almudayne pro ipso cabessagio.
- Guilelmus de Querio testis juratus et interrogatus si solvit cabessagium tempore quo Jacobus Mertini in parrochia de Artano ipsum cabessagium congregabat et dixit verum eo quod fuit pignoratus pro dicto cabessagio asseruit eum se non recordari utrum ipsum solvit vel non. Interogatus ad instanciam ... fuit pignoratus et dixit se non recordari. Dixit eum se ignorar utrum solverit vel non.
- Matheva uxor Petri Blanquerii q<sup>o</sup> testis jurata et interrogata si solvit cabessagium tempore quo dictus Jacobus Martini congregabat ipsum cabessagium in parrochia de Artano et dixit verum esse quod ipsa solvit octo solidos pro ipso cabessagio. Super eum asseruit se nescire cui ipsos solvit.
- Antonius Boscani testis juratus et interrogatus si sovit cabessagium tempore quo Jacobus Martini congregabat ipsum cabessagium in dicta parrochia de Artano et dixit verum esse quod ipse solvit pro dicto Jacobo Martini numerando pro dicto cabessagio octo solidos videlicet in platea nova dicte Almudayne de Artano.
- Iselda greca libera uxor Georgii greci q<sup>o</sup> liberi testis jurata et interrogata si solvit cabessagium tempore quo dictus Jacobus Martini congregabat ipsum cabessagium in parrochia de Artano et dixit verum esse quod dictus vir suus q<sup>o</sup> eo tunc fuit compulsus per dictum Jacobum Martini ad solvendum sibi VIII solidos pro cabessagio ante dicto.
- Die veneris intitulata tercio nonis Madii anno predicto dictus Jacobus Martini delatus petit sibi dari in deffensionem Bernardum Martelli not. Maiorice cui fuit injunctum quod ipsum deffendat et patrocinium sibi prestat.
- Die martis intitulata VII<sup>o</sup> idus madii anno predicto fuerunt novem dies peremptorii assignare dicto deffensori ad ponendum suas deffensiones pro omnibus dilacionibus ac peremptorie et ... quod assignacio facta fuit per Antonium Fidelis nuncium hujus curie ut ipse rediens dixit.
- XVI<sup>o</sup> kalendis junii anno predicto comparuit Bernardus Martelli deffensor predictus et obtulit deffensiones et capitula que sequuntur.
- Ad hostendum de innocencia dicti Jacobi Martini et quod ipse Jacobus sit innocens et immunis de denunciatis contra ipsum, facit Bernardus Martelli not eius deffensor deffensionis et capitula que sequuntur.
- Primo intendit probare quod dictus Jacobus Martini pluries et in diversis temporibus rexit et administravit mercantiliter et eciam aliter plura et diversa negocia tam propria quam aliena.
- Item intendit probare quod dictus Jacobus Martini pluries et in diversis temporibus recipit et tradidit et solvit mercantiliter et eciam aliter tam nomine proprio quam alieno plura et diversa bona tam propria quam aliena et omnes pecunias.
- Item intendit probare quod pluries et in diversis negociis regendis tam regiis quam aliis et tam privatis quam publicis et eciam universitatis fuit positus et ordinatus dictus Jacobus Martini ad emendum et vendendum mutua debita censualia agraria et pecunias tam publicas quam privatas recipiendum.
- Item intendit probare quod in predictis omnibus fuit data et concessa plena fides dicto Jacobo Martini per illos qui ipsum cognoscebant et in predictis ipsum ponebant et ordinabant.
- Item intendit probare quod in predictis omnibus et singulis se habuit dictus Jacobus Martini bene et legaliter ac sollicite et curose et de eisdem reddidit justum compotum et legalem.
- Item intendit probare quod illi quibus dictum compotum per dictum Jacobum fuit redditum fuerunt et sunt multi bene contenti de eodem et ipsum Jacobum laudaverunt et laudant in eisdem.
- Item intendit probare quod dictus Jacobus Martini se habuit in negociis per ipsum procuratis et aministratis et in aliis per quemcumque sibi commissis bene et legaliter sollicite et curose.
- Item intendit probare quod dictus Jacobus Martini est homo bonus et legalis bone condicionis conversacionis vite et fame et qui legaliter se habuit et habet in hiis que fecit

procuravit et facit et procurat et pro tali habetur et reputatur apud omnes ipsum cognoscentes.

Item intendit probare quod de predictis omnibus et singulis est veritas publica vox et fama apud omnes ipsum cognoscentes.

Decimo kalendis junii anno predicto M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>X<sup>o</sup>L.

Testes inphrascripti fuerunt perducti per Jacobum Martini bajulum de Artano super capitulis defensionum per ipsum seu deffensorem suum superius oblati qui quidem testes deligenter examinati deposuerunt ut sequitur.

Guillelmus de Esquer habitator Almudayne d Artano testis juratus et diligenter interrogatus super primo secundo III<sup>o</sup> IIII<sup>o</sup> quinto VI<sup>o</sup> et VII<sup>o</sup> capitulis preclare et distincte sibi lectis et dixit super ipsis hoc verum fore et sertum in effectu quod a multo tempore citra iste testis noscit Jacobum Martini contentum in dictis capitulis et vidit ipsum in pluribus et diversis negociis tam regii quam ville et parrochie de Artano quam alias regendis et administrandis in quibus bene et legaliter ac curose se habuit reddendo bonum compotum justum el legalem de administratis ac receptis per eum. Et nunquam audivit dici quod dictus Jacobus Martini occupaverit sibi ipsi aliquid de administratis et receptis per eum. Immo de bono compoto et justo reddendo pluries audivit ipsum per plures gentes collaudare dixit eciam quod temporibus retroactis iste habuit societatem pannorum tam cum dicto Jacobo Martini quod cum patre ipsius et in ipsa societate semper invenit dictum Jacobum cum legalitate et veritate et in ipso nunquam invenit nec vidit contrarium. Et aliud nescit.

Interrogatus super VIII<sup>o</sup> capitulo et dixit verum fore quod dictus Jacobus Martini est homo bonus et legalis bone condicionis conversacionis et vite ac fame et pro tali communiter habetur et reputatur apud omnes ipsum cognoscentes et ab ipso non vidit vel dici audivit contrarium vel sinistram. Et aliud nescit.

Interrogatus super nono capitulo et dixit verum fore quod de sertificatis per istum testem superius est veritas publica vox et fama apud plures. Interrogatus quid est favor et dixit quod dicta ... Interrogatus inter quos est dicta fama et dixit se non habere memoriam. Et aliud dixit se ignorare super predictis capitulis.

Generaliter vero interrogatus si est instructus doctus vel subornatus et dixit quod non. Interrogatus si spectat habere commodum vel in commodum in causa ista et dixit quod non. Interrogatus si accusat aliquid dicto Jacobo Martini et dixit quod non. Interrogatus quam partem mallet in causa obtinere et dixit in jure ...

Jacobus de Pulchro Loco habitator Almudayne de Artano testis juratus et interrogatus super omnibus predictis capitulis preclare et distincte sibi lectis et dixit super ipsis hec scire quod XXXV anni sunt completi quod hic testis habet notum Jacobum Martini in dictis capitulis expressum a quo tempore citra vidit ipsum bonum hominem bone condicionis et bone fame et qui bene et legaliter se habuit in pluribus et diversis negociis per ipsum administratis tam regii quam alias et semper in eisdem fuit inventus cum legalitate reddendo bonum justum compotum et legalem de gestis et administratis per eum et de eo non vidit vel dici audivit contrarium vel sinistram de quibus omnibus predictis est veritas publica vox et favor apud plures ipsum cognoscentes. Interrogatus quod est fama et dixit quod dicta ... Interrogatus inter quos est dicta fama et unde habuit ortum fama ipsa et dixit se ignorare. Et aliud nescit.

Generaliter vero interrogatus si est instructus doctus vel subornatus et dixit quod non. Interrogatus si spectat habere commodum vel in commodum in presenti causa et dixit quod non. Interrogatus si accusat aliquid dicto Jacobo Martini et dixit quod non. Interrogatus quam partem mallet in causa obtinere et dixit in jure ...

Matheus de Podio habitator Almudayne de Artano testis juratus et interrogatus super omnibus predictis capitulis preclare et distincte sibi lectis et dixit super ipsis quod a multo tempore citra iste habet notum Jacobum Martini in dictis capitulis contentum et habuit facere cum eodem et eciam tractare plura et diversa negocia et semper vidit eum bonum hominem simplicem et bone condicionis et sepe invenit eum cum legalitate reddendo bonum justum et legalem compotum de gestis et administratis per eumdem et nunquam ab ipso vidit nec dici audivit contrarium vel sinistram. Et aliud nescit.

Generaliter vero interrogatus si est instructus doctus vel subornatus et dixit quod non. Interrogatus si spectat habere commodum vel in commodum in predictis et dixit quod non. Interrogatus si accusat aliquid dicto Jacobo Martini et dixit quod non. Interrogatus quam partem mallet in causa obtinere et dixit in jure ...

Michael Planes habitator Almudayne de Artano testis juratus et interrogatus super omnibus predictis capitulis preclare et distincte sibi lectis dixit super ipsis hoc sertum et verum

fore quod a multo tempore citra de quo non habet memoriam iste testis habet notum Jacobum Martini in capitulo contentum a quo tempore citra vidit ipsum bonum hominem simplicem bone condicionis et fame et qui in omnibus factis tam regiis quam aliis se habuit sollicite et curose legaliter acque bene reddendo bonum justum et legalem de eo quod recipiebat et nunquam in eo vidit vel dici audivit contrarium vel sinistrum. Et aliud nescit super predictis capitulis.

Interrogatus si est instructus doctus vel subornatus et dixit quod non. Interrogatus si spectat habere commodum vel in commodum in predictis vel accusat aliquid dicto Jacobo Martini ... et dixit quod non.

Bartholomeus Morey habitator Almudayne de Artano testis juratus et interrogatus super omnibus predictis capitulis preclare et distincte sibi lectis et dixit super ipsis hoc sertum et verum fore, quod iste habet notum Jacobum Martini in dictis capitulis expressum a multo tempore citra de quo non recordatur a quo tempore citra vidit ipsum procurantem tam pro universitate dicti loci de Artano quam pro aliis personis pluribus et diversis et semper vidit a dicto tamen tempore citra dictum Jacobum Martini bonum hominem simplicem bone condicionis et fame reddendo bonum justum ac legalem comptum de receptis ac administratis per eundem et nunquam vidit de eo vel dici audivit contrarium vel sinistrum Et aliud nescit.

Generaliter vero interrogatus si est instructus doctus vel subornatus et dixit quod non.

Interrogatus si spectat habere commodum vel in commodum in predictis et dixit quod non.

Interrogatus si accusat aliquid dicto Jacobo Martini et dixit quod non. Interrogatus quam partem mallet in causa obtinere et dixit in jure ...

Barnardus Moranta habitator Almudayne de Artano testis juratus et interrogatus super omnibus predictis capitulis preclare et distincte sibi lectis et dixit super ipsis hoc verum fore quod a multo tempore citra de quo non recordatur iste habet notum Jacobum Martini in dicto capitulo expressum et temporibus retroactis habuit cum eo facere et tractare plura et diversa negocia a quo tempore citra vidit ipsum bonum hominem simplicem bone condicionis fame reddendo bonum justum et legalem comptum de receptis et administratis per eundem et in quantum iste habuit facere et tractare cum eodem invenit ipsum cum legalitate et veritate et nunquam in eo vidit vel dici audivit contrarium vel sinistrum Et aliud nescit super predictis capitulis.

Generaliter vero interrogatus si est instructus doctus vel subornatus et dixit quod non.

Interrogatus si spectat habere commodum vel in commodum in predictis et dixit quod non.

Interrogatus si accusat aliquid dicto Jacobo Martini et dixit quod non nisi quod est comptar suus. Interrogatus quam partem mallet in causa obtinere et dixit in jure ...

Stephanus de Columbariis habitator Almudayne de Artano testis juratus et interrogatus super omnibus predictis capitulis preclare et distincte sibi lectis et dixit super ipsis hoc verum fore quod a tempore sue recordacionis citra iste habet notum Jacobum Martini in dicto capitulo expressum a quo tempore citra inde ipsum bonum hominem simplicem bone condicionis et quod legaliter et bene se habuit et habet in negociis tam propriis quam alienis et nunquam vidit de eo nihil dici audivit contrarium vel sinistrum Et aliud nescit.

Generaliter interrogatus si est instructus doctus vel subornatus et dixit quod non. Interrogatus si spectat habere commodum vel in commodum in predictis et dixit quod non. Interrogatus si accusat aliquid dicto Jacobo Martini et dixit quod non. Interrogatus quam partem mallet in causa obtinere et dixit in jure ...

Berengarius Torroge habitator Almudayne de Artano testis juratus et interrogatus super omnibus predictis capitulis preclare et distincte sibi lectis et dixit super ipsis idem in omnibus et per omnia ut predictus Stephanus de Columbariis nihil assito vel remoto. Et aliud nescit.

Generaliter vero interrogatus si est instructus doctus vel subornatus et dixit quod non

Interrogatus si spectat habere commodum vel in commodum in predictis et dixit quod non

Interrogatus quam partem mallet.

Et eadem die comparuit Bernardus Stanyoli procurator fischalis et obtulit quod sequitur.

Salvo jure in pertinencium capitulorum et quod non admittatur ad probandum si de jure admitti no debean et salvis omnibus excepcionibus et deffensionibus suis jure et facto et salvo eciam quon non habeatur pro responso si de jureresponderi no debetur. Respondit Bernardus Stanyoli procurator fischalis predictis capitulis et non credo ea nec contenta in eisdem quare fiant contra curiam.

- Et in continenti fuerunt IX dies peremptorii assignati dicto Bernardo Martelli deffensori predicto ad probandum suas deffensiones predictas pro omnibus dilacionibus ac peremptorie ...
- Die mercurii intitulata pridei kalendis junii anno predicto comparuerunt Bernardus Stanyoli procurator fischalis et Bernardus Martelli deffensor predictus et de eorum consensu et voluntate testes perducti tam per causam quam per dictum deffensorem fuerunt publicata et pro publicatis habiti.
- Et ibidem fuerunt VIII<sup>o</sup> dies peremptorii assignati dicto deffensori ad obiciendum contra istos inquisicionis predictae pro omnibus dilacionibus ac peremptorie ... assignacio facta fuit per Nicholaum nuncium huius curie ut ipse rediens dixit.
- Die jovis intitulata VI<sup>o</sup> kalendis junii anno predicto dictus dominus Locumtenens prorogavit dictam assignacionem factam dicto deffensori ad obiciendum hinc ad octo dies.
- Die lune intitulata sexto kalendis junii anno predicto comparuit Bernardus Martelli deffensor predictus et obtulit que sequuntur.
- Dicit Bernardus Martelli deffensor dicti Jacobi Martini obiciendo contra dictas personas testium per curiam contra ipsum in inquisicione receptorum quod non est eius fides aliqua adhibenda cum sint soli varii et discordes et sunt eorum plurimi levis opinionis et vite culpate et infamis ac inopes vel talis condicionis que leuiter induccionem persecutionum dicti Jacobi deposuerunt contra eundem ac deponentes in eorum factis propriis nam constat quod dictus Jacobus cum socio suo fuerunt ad dictum cabessagium levandum fecerunt duo registra in quorum altero fuerunt scripti illi vel ille persone que solverunt et in alio illi qui inueniebantur non debere solvere cum non haberent bona valencia decem libras contra veritatem deposuerunt se solvisse. Et primo obicit contra Petrum Vilalta videlicet quia est inimicus capitalis dicti Jacobi et consanguineus et magnus amicus et familiaris dicti Salvati Orgonya qui persequitur dictum negocium contra dictum Jacobum Martini est eciam dictus Petrus Vilalta homo levis condicionis et qui pro nihilo derogaret et qui manifeste deponit falsum cum non inveneratur in registris solvencium dictum cabessagium illo anno quo dictus Jacobus Martini ipsum cabessagium levabat. Deposicio autem dicti Petri Vilalta non nocet nec nocere debet cum ipsemet dicat quod nescit cui solvit nec quantum. Et quilibet solvens cabessagium ... se debere solvere unum morebatinum vel octo solidos non plus nec minus nec aliquis ex levatoribus dicti cabessagii possit de hac aliter aliquid dimittere seu gravari facere quia aliter de proprio haberent solvere levatores. Item contra Petrum Riera quia est inimicus capitalis dicti Jacobi Martini et magnus amicus et familiaris dicti Salvati Orgonya persecutoris dicte inquisicionis contra dictum Jacobum Martini et deponit falsum cum non inveniatur in registris solvencium. Item contra Raymundam uxorem Arnaldi Forn quia ipsa cum solvit pro se unum morabetinum et alium pro Arnaldo Forn filio suo et ita inveniatur in registris solvencium et cum dicta Raymunda est mulier levis opinionis et qui pro nichilo ... Item contra Ffranciscum Aguilar est inimicus capitalis dicti Jacobi Martini et deponit falsum cum non inveniatur in registris. Contra Mariam uxorem Guil-ielmi Ugueti que est meretrix et vilis mulier ac vilis condicionis et fame et quia deponit falsum cum esset ex illis qui non habebant bona valencia decem libras et sic non debebat nec tenebatur solvere dictum cabessagium nec in registris non solvencium seu debencium solvere dictum cabessagium continuatur. Item contra Luciam grecham est meretrix et mulier vilis condicionis conversacionis vite et fame et talis qui pro nihilo ... et manifeste deponit falsum cum tunc inventa fuerit non habere bona valencia decem libras nec per consequens tenebatur solvere dictum cabessagium quare ipsum non solvit ut in registris dictorum non solvencium est scripta. Item contra Asseno uxorem q<sup>o</sup> Bernardi Martini est mulier levis condicionis et qui pro nihilo ... et instructa et subornata deponit manifeste falsum cum sit ex illis que tunc invente fuerunt non habere bona valencia decem libras quare dictum cabessagium solvere non tenebatur ut in registris ubi fuerunt scripti non habentes bona valencia decem libras et non debentes solvere dictum cabessagium continuatur. Et idem dicit contra Bartholomeam uxorem quondam Petri Alberti et foranus quia ipsamet deponit quod nescit quantum solvit nec cui. Item contra Bernardum Morey deponit manifeste falsum cum ipse deposuerit in proprio suo quod solvit dictum cabessagium dicto Jacobo Martini quod est falsum quia immo solvit ipsum Matheo des Puig tunc socio dicti Jacobi in levando dictum cabessagium ut in registro dicti Mathei des Puig est inscriptum. Item contra Petrum Hugueti deponit manifeste falsum cum esset ex illis qui solvere dictum cabessagium non debebant cum non haberet bona valencia decem libras et sic non solvit nec in registris non solvencium ita attamen ipsemet deponit quod nescit cui solvit. Item

contra Simonem de Podio est inimicus capitalis dicti Jacobi Martini pro quodam banno quem ab ipso habuit ut debebat et deponit falsum manifeste quia non solvit eo quia tunc temporis non habitabat in parrochia de Artano. Item contra Johannem Costa similiter deponit falsum quia non solvit cum eciam tunc tempore non habitaret in dicta parrochia d Artano immo in Civitate Maiorice. Item contra Guil-lomonum Tayada deponit falsum manifeste quia non solvit cum non deberet solvere dictum cabessagium eo quia tunc aduch erat sub paterna potestate ut in registro non debencium solvere continuatur. Item contra Bernardum Beylot deponit manifeste falsum quia non solvit tunc non haberet bona valencia X libras et in registro non solvencium est scriptus. Item contra Bernardum Boschani deponit falsum in facto proprio quia non solvit pro se nec pro aliquo alio verum est quod mater ipsius solvit dictum cabessagium per se tunc. Item contra Petrum Sparaguera deponit in facto proprio et falsum quia non solvit actamen jam in eius deposicione variatur cum dicat se non recordari quantum solvit et cuicumque est valde certum quantum pro cabessagio solvitur. Item contra Michaellem Boschani deponit in facto proprio et variatur in eius dicto et deponit falsum quia non solvit solvit ... sibi soli credi non debet cum ipse et alii ... in dicta inquisitione recepti deponit in facto proprio videantur ut jam ... tactum fuit. Item contra Petrum Ventayol deponit manifeste falsum quia non solvit cum non haberet bona valencia X libras nec in registris non solvencium continuatur. Et idem dicit contra Guil-lermo de Sancto Celedonio. Item contra Petrum de Fontanies non est ei fides adhibenda cum deponat in facto proprio et deponit falsum quia non solvit. Item contra Mathevonum Blanquerii in eo quod dicit quod solvit pro Johanna sorore sua non est ei fides adhibenda cum deponat in facto prorio et falsum quia non solvit pro dicta sorore sua nec pro se tunc. Item contra Dominicum Sala qui est vilis homo et vilis condicionis et quia pro nihilo ... et manifeste deponit falsum quia non solvit cum non haberet tunc bona valencia X libras et vivebat tunc in Civitate Maiorice d elemosinis mendicando. Item contra Antonium Boschani est homo vesanus et insensatus et extra mentem positus quare non est ei nec eius dicto aliqua fides adhibenda. Item contra Iseldam greacam est vilis mulier et vilis condicionis et fame et deponens falsum in eius testimonio quia non solvit cum non haberet tunc bona valencia X libras et est in libro non solvencium scripta nec habencium bona valencia decem libras. Est eciam varietas in eius dicto cum deponat quod nescit cui solvit dictum cabessagium.

Protestatur tunc dictus deffensor quod de predictis possit sua capitula ... et probare quod facere intendit suo loco et tempore opportunis.

Pridie kalendis julii anno predicto comparuit Bernardus Stanyoli procurator fischalis et obtulit quod sequitur.

Respondet Bernardus Stanyoli procurator fischalis ad ea que proposita sunt per partem dicti Jacobi Martini et negat contenta in eisdem in quantum faciunt contra curiam.

Inde nos Rogerius de Rovenacho miles Camerlengus Illustris Domini nostri Regis et locumtenens eiusdem in Regno Maiorice visa denunciacione facta contra dictum Jacobum Martini et testibus super dicta denunciacione receptis eorumque deposicionibus examinatis ad plenum visis et deffensionibus traditis per dictum Jacobum Martini seu eius deffensorem in testibus super ipsis per ipsum ablatarum, et eorum atestacionibus ad plenum examinatis visis omnibus hiis quod dicte partes coram nobis dicere proponere et allegare voluerunt tam verbo quam scriptis nihil pro posse de contingentibus pretermisso renunciato et concluso in causa habito consilio cum ... in iure et specialiter cum venerabili et discreto domino Raymundo de Caprario assessore nostro deum habentes ... sacro sanctis quatuor dei evangelii positus coram nobis ut de ... dei nostrum pendeat iudicium et nostri in hiis et aliis semper videant equitatem in nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Attentis et diligenter prospectis nunciis presentis inquisitionis et totius huius cause Cum non constet nobis de intencione denunciata contra dictum Jacobum Martini non sit probata. Pro tanto per hanc nostram sentenciam absolvimus dictum Jacobum Martini presentem a denunciatis contra ipsum prefato Bernardo Stanyoli procuratori fischali super denunciatis predictis silencium imponentes.

Lata et publicata die lune intitulata tercio kalendis novembris anno domini M° CCC° X°L presentibus dictis Jacobo Martini et Bernardo Martelli notario eius deffensore et dicto Bernardo Stanyoli procuratore fischali et presentibus testibus Petro Oniz domicello, Berengario de Gradu, Arnaldo Trador et Guil-lermo Masfredi notario.

**RESUM**

L'article tracta de la cobrança del monedatge del morabatí de la vila de l'Almudaina d'Artà de l'any 1337. Interessant article per a conèixer aspectes demogràfics, toponímics, antroponímics, econòmics i, fins i tot, urbanístics de la Mallorca de la primera part del segle XIV.

**RESUMEN**

El artículo da a conocer el cobro del monedaje del morabatín de la villa de la Almudaina de Artà correspondiente al año 1337. Documento importante no sólo por ser el más antiguo monedaje conocido de la villa de Artà sino también por aportar interesante información sobre aspectos demográficos, tonímicos, antroponímicos económicos y en especial sobre aspectos urbanísticos del primer tercio del siglo XIV en la Mallorca medieval.

**ABSTRACT**

The article deals with the recievement of the medieval tax imposed to the Almudaina's vila of Artà in 1337. It is a very interesting article and useful to know the demographic, toponimic, anthroponimic, economic and even urbanistic aspects of Majorca in the first part of the 14 th. Century.